

nibus g ntibus. *V.* Iste est, qui cont mpsit vitam mundi, et perv nit ad c lestia regna. Quia. Gl ria Patri. Quia.

In III Nocturno

Lectio sancti Evangelii secun-
dum Matth um

Lectio vii Cap. 19, 13-21

In illo t mpore: Oblati sunt Jesu p rvuli, ut manus eis imponeret. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini
Episcopi

In Psalm. 118

Quid p rvulus, nisi h mi-
lis? H c sunt mirabilia
testimonia tua, D mine, qu 
scrutata est anima p rvuli
hujus: et ideo invenit, quia
humiliatus est, et p rvulus
factus est. Quis enim facit
mandata tua, sicut facienda
sunt, id est ex fide, qu  per
dilectionem Dei operatur,
nisi ejus in corde per Spiri-
tum Sanctum ipsa dilectio dif-
fundatur? Hoc  tiam iste
p rvulus confitetur. Os meum,
inquit, aperui, et attraxi spi-
ritum, quia mandata tua desi-
derabam. Quid desiderabat,
nisi facere mandata divina?
Sed non erat unde faceret
infirmus fortia, et p rvulus
magna. Aperuit os, confitens
quod per se ipse non faceret,
et attraxit unde faceret.

R. Iste est, qui ante Deum
magnas virtutes operatus est,
et de omni corde suo lauda-
vit D minum: * Ipse inter-
cedat pro peccatis omnium

populorum. *V.* Ecce homo
sine querela, verus Dei cul-
tor, abstinens se ab omni
opere malo, et permanens in
innocentia sua. Ipse.

Lectio viii

Junior sum ego, inquit, et
contemptus: justificationes
tuas non sum oblitus. Non
sicut inimici mei, qui obli-
ti sunt verborum tuorum. Videtur
autem minor aetate non
oblitus justificationes Dei,
dolere pro inimicis suis aetate
majoribus, qui obli-
ti sunt. Nam quid est, junior ego non
sum oblitus, nisi illi majores
obli-
ti sunt? Sed contemptum
se dicit hic junior; ideo fac-
tus est major: quia ignobilia
et contemptibilia mundi eligit
Deus, et ea qu  non sunt,
tamquam sint, ut ea qu 
sunt, evacuentur. Et ecce
sunt novissimi, qui erant
primi, et primi, qui erant no-
vissimi.

R. Sint lumbi vestri prae-
cincti, et lucernae ardentes in
manibus vestris: * Et vos si-
miles hominibus expectan-
tibus dominum suum, quando
revertatur a nuptiis. *V.* Vi-
gilate ergo, quia nescitis qua
hora Dominus vester ventu-
rus sit. Et. Gloria Patri. Et.

Pro S. Didaco:

Lectio ix

Didacus Hispanus, ex oppi-
do sancti Nicolai de Portu
diocesis Hispalensis, ab ine-
unte aetate, pii sub sacerdo-
tis disciplina, sanctioris vitae

APPROBATIO

Concordat cum originalibus approbatis.

Sauerbrunn, die 22 Februarii 1940

DR. J. KÖLLER

Provicarius

IMPRIMATUR.

Ratisbonæ, die 9 Aprilis 1940

v. n.

DR. DOEBERL